Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

In illo tempore · Dixit iesus discipulis suis · Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret vt omis qui credit in illum non pereat sed habeat vitam eternam · Non enim misit deus filium suum in mundum vt iudicet mundum : sed vt saluetur mundus per ipm · Qui credit in eum : non iudicatur · Qui autem non credit iam iudicatus est : quia non credit in nomine vnigenita filij dei · hoc autem iudicium quia lux venit in mundum : et dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem · Erant enim eorum mala opera · Omnis enim qui male agit odit lucem : et non venit ad lucem vt non arguantur opera eius · Qui autem facit veritatem venit ad lucem : vt manifestentur opera eius : quia in deo sunt facta

Offerto:

Intonuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suam : et apparuerunt fontes aquarum alta ·

Secreta

Propitiare domine quesumus hec dona sanctificia : et hostie spiritalis oblacione